



Occasionalia *VI-179*  
potissimum carmina  
vol. Fase. 19. ~~19.~~

Centuria ~~quinta~~ *quing.*

Unq

*VI-179*

MAGNIFICENTISSIMO ACADEMIAE RECTORE,  
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO,  
DOMINO

**FRIDERICO AVGVSTO,**  
ELECTOR. SAX. HAERED.  
ETC. ETC.

MAGNIFICO VERO PRO-RECTORE,  
VIRO

*PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,*

**DN. MARTINO HASSEN,**  
MORAL. ET CIVIL. PROF. PVBL. CELEBERRIMO,  
ET BRABEVIA,  
VIRO

*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO PRAECELLENTISSIMO QVE,*

**DN. M. IO. SAMVELE LVPPIO,**  
ORD. SAP. ADSESS. ET SS. THEOL. CAND. P. T. FACVLT. PHILOS.  
DECANO, ET COMITE PALATINO CAESAREO,

SVMMAM IN PHILOSOPHIA DIGNITATEM  
VIRO IVVENI

*CLARISSIMO EXIMIE QVE DOCTO*

**DN. IO. ALBINO BVCHSBAVMIO,**  
SEYDA-SAXONI, PHIL. ET IVR. VTR. CVLTORI  
GRATVLTVR

**IOHANN. CASPAR. *Haserung* D.**  
SS. Theol. Prof. Publ. Extra-Ord. ad D. Marise Archi-Diac.  
et p. t. Pastoratus et Ephoriae Vittemberg, Vicarius.

*VITEMBERGAE,*

PRÆLO SCHROEDERIANO, ACAD. TYPOG.



Spice, quos fructus TIBI, VIR CLA-  
RISSIME, cultus  
Assidue, jam portet ager foecun-  
daque semper  
Muneribus doctrina novis, impensa labori  
Tempora, tot vigiles inter commercia muta  
Doctorum noctes, quo dono penset honoris?  
Laurea summa datur Sophies; quae tempora  
tanto  
Justius exornat, quanto se tardius offert,  
Scilicet insignis vertex virtutibus, olim  
Frondis Apolloniae fuerat decorandus honore,  
Si nunc tarda venit, merito venit. Excipe  
plausus  
Quos peperit doctrina TIBI, quos laurea nutrit.  
Conspicuum non TE tantum doctrina, Tuae-  
que  
Gloria virtutis faciunt, sed cognita saepe,

Et laudanda mihi pietas, quæ juncta perenni  
In studiis operi, ventos afflare secundos  
Aggreditur, mollesque auras affundere coeptis.  
Tanto igitur Sophie TE justa insignit honore  
BVCHSBAVMI, cui sudasti, quam candida  
cura

Sincerae mentis, studio indefessa, petivit,  
Haec animi medicina cluit, panaceaque mentis.  
Haec verat egregium vitiis succumbere peccus  
Haec jubet elapso, moribundos, tempore vitae,  
Et superesse sibi, serisque nepotibus, aequam  
Virtutum monstrare viam, quæ semita justo  
Tramite declinet, quaeque orbita commoda  
Pindum

Scandere tentanti, pandat sublime cacumen.  
Illa quid in coelo circumvaga sidera motu  
Portendant, quidve in terra pelagoque geratur.  
Perfpicit, autoremque jubet virtutis & artis  
Naturaeque simul, divina indagine quaeri.  
Attamen antidotis, veluti, si forte recuset,  
Toxica qui sumpsit, dum pharmaca possidet, uti:  
Sic quoque qui puris Sophie conceptibus omne  
Impendit studium, & causae primae, atque se-  
cundae  
Immoritur, novit, quid vera abstractio, quid sit

Unum, dependens, signum, mensura, necessum  
Nec tamen interea fastum deponit & iram,  
Ambitione gravi turgens, & bile laborans,  
Nec discit parvo contentus ducere vitam,  
Sed rapit ex vivis profecta calentia prunis,  
Vel pergracando gazas profundit avitas,  
Heu mihi quam frustra medium docet ille ce-  
leberrime,

Atque Stagiritae chartas pervolvit acutas  
Agnosensque viam virtutum, compita quaerit  
Fatali in praeceps tandem ducentia calle.  
Te contra doctrina fovet Tibi maxima cura  
In studiis agitur: Praevertere Lucifer ortus  
Miratur propios, Te temper & Hesperus atram  
Cum noctem vehit & tenebras cum spargit  
inanes,

Te studiis videt intentum, Te lampade libros  
Illustrare: Piae mentis industria tantas  
Provehit ad palmas, Te virtus suscitavit una:  
Ceu medias inter gaudet frondere pruinas,  
Et nivibus luctans minitanti frigore coelo  
Ostentare caput, quincuncis gloria, buxus.  
Prima Tuis Sophie studiis haec munera mittit,  
Plura petens majora feres, nec desinet unquam  
Ornando fortuna suae virtutis alumnum.

Mag. H. ...



f

TA-706

Nur 11, 27, 28 verknüpft

10 10  
10 17







MAGNIFICENTISSIMO ACADEMIAE RECTORE,  
SERENISSIMO PRINCIPE REGIO AC DOMINO,  
DOMINO

FRIDERICO AVGVSTO,

ELECTOR. SAX. HAERED.  
ETC. ETC.

MAGNIFICO VERO PRO-RECTORI  
VIRO

PRAENOBILISSIMO, AMPLISSIMO ATQVE EXCELLEN

DN. MARTINO HAS

MORAL. ET CIVIL. PROF. PVBL. CELEBERRIMO  
ET BRABEVTA,  
VIRO

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO PRAECELENTISSIMO

DN. M. IO. SAMVELE LV

ORD. SAP. ADSESS. ET SS. THEOL. CAND. P. T. FACVL  
DECANO, ET COMITE PALATINO CAESAREO,

SVMMAM IN PHILOSOPHIA DIGNISSIMO  
VIRO IVVENI

CLARISSIMO EXIMIEQVE DOCTO

DN. IO. ALBINO BVCHSBAV

SEYDA-SAXONI, PHIL. ET IVR. VTR. CVLTORI  
GRATVLTVR

IOHANN. CASPAR. *Saferung* /

SS. Theol. Prof. Publ. Extra-Ord. ad D. Mariae Archi-Diac.  
et p. t. Pastoratus et Ephoriae Vitemberg. Vicarius.

VITEMBERGAE,

PRÆLO SCHROEDERIANO, ACAD. TYPOGR.

